





172.
POSITIONES JURIDICÆ

De

USUFRUCTU

35
707.
4
22

Quas

D. T. O. M. F. A.

1633

Decreto ac permisso

Magnifici ac Nobilissimi JCTORUM Ordinis

in Illustrissima & celeberrima ACADEMIA Salana.

SUB PRÆSIDIO

Viri Amplissimi, Consultissimi & Excellentissimi

DN. VALENTINI RIE-
MERI, JCTI ET PROFESSORIS HUIUS ACADE-
miæ publici celeberrimi, nec non Scabinatus ibidem Adfessoris
meritissimi, Præceptoris ac Promotoris sui omni obser-
vantia cultu pl. honorandi,

131

Publicè in Auditorio JCTORUM proponit & pro
viribus propugnabit

JOHANNES ANDREAS GERHARD

LIPSIENSIS.

ad diem Maij.



JENÆ

TYPIS ERNESTI STEINMANNI,

ANNO MDCXXXIII.

38.



VIRIS

*Admodum Reverendo, Amplissimo, &
Excellentissimo*

DN. JOHANNI GER-
HARDO S.S. THEOLOG. DOCT. CELE-
BERRIMO, PROFESSORI IN ACADEMIA JENENSE
publico longè dignissimo, ejusdemq; Facultatis Theolog. p. t.
Decano spectatissimo, & Illustrissimi ac Celsissimi Principis
& Domini, DN. JOHAN- CASIMIRI Ducis Saxoniae, Ju-
liae, Cliviae & Montium & c. Consiliario Eccle-
siastico eminentissimo.

UT ET

Magnifico, Amplissimo & Consul-
tissimo

DN. JOHANNI CA-
SPARO Gütlich/ J. U. D. PERILLUSTRIUM AG
Generosissimorum Comitum à Schwartzburgk & Hohen-
stein & c. Consiliario vigilantissimo, nec non Directori
Cancellariae Arnstadenensis spe-
ctatissimo.

Dominiis Mecœnatibus, Promoto-
ribus & respectivè Patruo ac Hospiti
omni debitæ observantiæ studio colendis-
simis.

Primitias hasce Academicas

D. D. D.

Aut. & Resp.



In nomine Domini nostri JESU CHRISTI
ad omnia consilia, omnesq; actus semper
progredimur. *l. 2. C. de offic. pref. prat.
Afric.*



Um disputando facilius veritas
invenitur *l. fin. s. 26. ff. de muner. & honor. &
etiam studium nostrum magnum exinde re-
cipiat incrementum arg. l. 65. § ornatricibus.
3. de Legat. 3.* Ideoque huic ponderatis,
utilissimam hanc & in foro frequentissimam

USUSFRUCTUS materiam ventilandam proponere, ube-
rioremq; ejus declarationem, quantum ingenii vires permit-
tunt, in medium proferre constituimus. Cujus propositi, cum
sine DEO nihil unquam commode geri possit *Nov. 6. & 164.*
sit ipse principium, medium atque finis *per Nov. 109.*

THESES. I.

Omnis autem de aliqua re institutio, quæ à ratione susci-
pitur, à definitione debet proficisci, ut intelligatur, quid sit id,
de quo disputatur: *Cic. lib. 1. offic. in princ. vers. omni.* necessum
erit, ut & nos de materia USUSFRUCTUS acturi, eidem præ-
cepto satisfaciamus, & à definitione initium sumamus, singu-
lasq; ejus partes explicemus. Sit ergò

II.

USUSFRUCTUS jus, alienis rebus utendi fruendi salvâ
rerum substantiâ. *l. 1. de usufr. princ. Inst. eod. tit.*

III.

Intelligimus autem hic per verba hæc: Jus utendi fruendi,
cum *Accurs. in princ. Inst. de Usufr. Vult. 1. Jur. pr. Rom. cap. 63.
num. 16. & ad princ. Inst. d. t. Lindeman. ad Inst. eod. loc. Wesenbec.*

A 2 in 7.



in 7. de usufr. num. 5. Treutl. 1. Disp. 16. th. 1. lit. 4. servitutem personalem arg. l. si quis. 32. ff. & princ. Inst. de usufr. respectu personæ cui debetur vel servit. Johan. de Castell. de usufr. cap. 1. n. 5. Hillig. Donell. Enucl. 10. com. 2. lit. 4.

IV.

Alienis rebus. Res enim sua nemini servit. l. 5. si usufr. per. l. 26. de servit. urban. præd. l. 10. com. præd. l. 33. in fin. de serv. rust. Ideoque semper à proprietate sive dominio est separatus usufructus, Donell. Enucl. d. loc. lit. C. neq; dominii pars dici potest l. rectè dicimus. 25. de Verb. Sign. Cum autem pars interdum dominii appellatur, & re propriâ inhærere dicitur, ut in l. 4. de usufr. l. 4. si usufr. per. l. 26. §. 1. de usu & usufr. leg. l. 4. l. 9. de usufr. accresc. l. 6. princ. de usufr. ear. rer. que. l. 76. §. 2. de Legat. 2. l. 58. l. 126. §. 1. de Verb. Oblig. l. 4. de jur. dot. id non de vero usufructu, quatenus est servitus personalis; sed tantum de effectu, sive emolumentò, quod ex re propria jure dominii promanat; quod emolumentum nonnulli Interpretes usufructum causalem nominant; illum formalem. Wesenb. in 7. de usufr. n. 4. Treutl. d. th. 1. lit. b. ibiq; Bachov. Castell. d. loc. n. 2.

V.

Salva rerum substantia. Debet usufructuarius re alienâ uti frui arbitratu boni viri l. item si fundi. 9. de usufr. l. 1. usufr. quem. cav. ne quicquam de eadem substantiâ pereat Wesenb. in 7. de usufr. n. 9. multò minùs consumere; vel in aliam speciem transformare potest l. 13. §. 4. de usufr. Non enim est Dominus rei, sed tantum habet jus in re, seu corpori inhærens, cujus juris beneficio in re illa plus facere non potest, quam ipsi est concessum Vult. ad princ. Inst. de usufr. n. 17.

VI.

Sicuti verò, possessio verâ & quasi: vel verus contractus & quasi &c. diversæ sunt species, omninò inter se dissidentes; ita etiam meritò dividi potest **USUSFRUCTUS** in **verum**, modo jam definitum; & **quasi** qui constituitur in rebus, quantum abusus est tot. tit. ff. de usufr. ear. rer. que. §. constituitur. Inst. de usufr.

VII.

Expli-

Explicata definitione ac divisione absoluta, sequuntur jam modi ususfructum constituendi, qui tripartiti sunt: vel enim constituitur 1. ex lege, quem legalem appellat *Castill.* cap. 2. n. 2. vel 2. à Judice, qui judicialis: vel 3. ex contractibus, qui & conventionalis dicitur à *Castill. d. loc. & cap. 10. n. 3.*

VIII.

Ex lege constituitur ususfructus (de jure novo) i. patri, jure patriæ potestatis, in bonis adventitiis filiorum l. 7. 2. 6. & ult. C. de bon. que lib. l. 1. & 2. C. de bon. matern. princ. *Inst. per quas pers. cuiq. acquir. l. 1. ff. si quis à patr. fuer. man.* Non tamen in feudo filisfam. concessio Nobilib. Dn. D. Aruma. *Disp. Feud. 3. th. 39. Treutl. th. 2. lit. 6.* Deinde in bonis emancipatorum pro parte dimidia §. 1. & 2. *Inst. per quas pers. cuiq. abq. l. 6. s. 3. C. de bon. que lib. Donell. Enucl. 3. com. ult. lit. D. & 10. com. 3. lit. a. Treutl. d. th. 2. lit. C.* Nec tenetur pater satisfacere, vel rationem reddere finitò ususfructu *Donell. Enucl. 10. com. 3.* cum semper optimum consilium parens censetur capere pro liberis, ex affectu paterno, *Castill. cap. 3. n. 86.* neq; inventarium conficere de bonis filii compelli potest, nisi judici constet subesse aliquam dissipationis præsumptionem *Mynsing. 3. observ. 39. n. 3.* Ut tamen eveniente casu mortis patris vel avi facilius sit probatio bonorum, debet pater illorum descriptionem aliquam facere *Castill. d. cap. n. 90. per l. 1. §. 24. de ventr. in pos. mitt.*

IX.

Ex lege etiam constituitur, cum maritus sive uxor superstitibus liberis prioris matrimonii ad secunda vota transit, tunc enim omnia bona, quæ habuit à priore conjugè quocunque titulo lucrativo, sive ab ipso defuncto, sive à liberis, qui parenti defuncto successerunt, per legitimam liberorum, successione accepit, in pœnam tanquam secundarum nuptiarum, ut notat *Treutl. d. th. lit. D.* & in favorem filiorum *Castill. d. c. 2. n. 12.* proprietatem amittit, solumq; ususfructum retinet l. 3. §. 1. l. 4. 5. 6. 8. 9. & 10. C. de secund. nupt. Nov. 2. c. 2. & 4. in fin. Nov. 22. cap. 23. in fin. c. 45. 46. & 47. qui morte illius ad liberos ex æquo redit, non verò ad eos, quos ipsa persona defuncta elegit l. 3. & auth. C. de secund. nupt. Quod si tamen ex

A 3 con-



consensu filiorum nupserit, & ei omnem injuriam, vel omne jus suum remiserint, evitatur pœna, quæ ob injuriam liberis datam erat constituta *arg. c. scienti. de Reg. jur. in 6.*

X.

A judice constituitur usufructus, quando in duob⁹ judiciis divisorii *Treutl. d. th. 2. lit. f. Donell. Enucl. 10. com. 6.* Familiæ nimirum eriscundæ, & communi dividundo, uni proprietatis, alteri usufructus adjudicatur *l. 6. §. 1. de usufr. l. 6. §. 10. com. divid. l. 6. §. 1. famil. erisc. §. 4. & 5. Instit. de offic. judic.*

XI.

Conventionalis usufruct⁹ inducitur tum pactionib⁹ inter vivos: *Treutl. d. th. Donell. Enucl. 10. com. 5.* (non quidem nudis *l. 20. C. de pact.* sed istis conventionibus, in quibus agitur de ipso usufructu realiter constituendo, seu quibus rerum traditio interest *Castill. cap. 10. n. 21.* ut in pacto venditionis) vel donatione *l. 1. §. penult. de superfr. venditione l. 8. §. ult. de peric. rei vend. locatione &c.* tum ultimis voluntatibus; ut mortis causa donatione *l. 1. §. 2. usufr. quem. cav. testamentò, codicillis l. 3. l. 6. princ. l. 7. princ. & §. 1. l. 9. princ. l. 13. 33. 34. princ. & §. 1. l. 35. 36. princ. & §. ult. l. 42. 43. 67. de usufr. §. 1. Inst. eod. §. fin. Inst. de servit. rust. præd. l. fundus 4. si usufr. pet.*

XII.

Usufructu ultimâ voluntate constituto traditione vel patientiâ hæredis non est opus, ubi inter vivos: (ubi in re corporali requiritur traditio & patientia, ut nimirum constituens inducat usufructuarium in fundum, eumq; patiat uti frui *l. 3. de usufr.* in incorporali verò patientia pro traditione habetur *Treutl. d. disp. th. 3. lit. b. arg. l. fin. de servit.*) sed rectâ viâ à legatore ad legatarium ipso jure transit *l. à Titio 64. in fin. de furt. l. legatum 80. de legat. 2. l. 19. §. 1. quem. serv. amitt. quoad potentiam scilicet, uti distinguit *Ampliss. Dn. Preses in suis Decadibus Decad. 7. quest. 4.* vel nativitatem actionis, *Bachov. ad Treutler. d. disp. th. 3. lit. a.* quando verò usufructuarius petit res hæreditarias sibi tradi, potest per hæredem exceptione repelli, donec cautionem idoneam præstat *arg. l. Julianus 13. §. offerri. 8.**

de

704.
de act. emp. cautione autem præstita acquiritur dominium, quod adhuc in suspenso esse dicebatur ex l. si tibi homo §. 2. de legat. 1. ac retrò fingitur legatarium statim dominum fuisse à morte testatoris d. l. 64. §. fin. de furt. & ita effectus consecutionis domini aditâ hæreditate demùm in legatarium transit d. l. §. 6. de legat. 1.

XIII.

Quamquam olim rerum istarum, quæ usu consumuntur, ususfructus tùm à viventibus, tùm etiam demortuis crebrius relinquebatur, hæredes verò advenientes, evacuatâ proprietate, nil nisi vacuum hæredis nomen haberent, fiebat, ut nemine, post adveniente hæreditate, ultimæ voluntates conciderent, ne autem id fieret, ideoq; Scitum sese interposuit & testatorum gratiâ introduxit, in iis rebus, quæ usu consumuntur, tantùm ultimâ voluntate ususfructum constitui posse §. constituitur 2. Inst. de usufr. l. usufructus 69. ad L. Falcid. r. t. de usufr. ear. rer. quæ. Wesenb. ad d. §. constituitur. & in 7. de usufr. ear. rer. n. 4. Treutl. d. disp. th. 2. lit. K. Castill. cap. 14. num. 1. Ungep. Exerc. Just. 6. th. §. in Nego.

XIV.

Materia in qua constituitur ususfructus sunt omnes res (sive sint mobiles l. 7. l. sed si 15. §. 3. l. numismatum 28. l. statua 41. l. vetus 68. de usufr. §. 2. Inst. eod. sive immobiles d. §. 2. Inst. l. 1. uti possidet. d. l. 7. de usufr.) quæ fructus aliquos producunt d. l. statua 41. d. §. 2. Inst. Verè quidem in iis rebus, quæ utendo non absumuntur; Quasi in us, quarum usus non potest esse sine assumptione §. 1. Inst. de usufr. l. 2. §. 1. l. penult. de usufr. ear. rer. quæ. & citra sui consumptionem nullum usum præstant Horrom. ad §. 1. Inst. de usufr.

XV.

Vocabulum fructus hic non consideramus propriè & strictè, quatenus nimirum id tantùm intelligitur, quod ex fundo sive ex corpore rei immediatè percipitur & nascitur l. usura 121. de V. S. & renascitur l. 7. §. si vir. 13. solut. matrim. Sed omnia, quæcunq; emolumenta, omnia luera, omnes commoditates & utilitates, quæ ex re percipi possunt, sive ejusdem occasione proveniunt, per hoc vocabulum intelligimus l. pecudum

297
dum. 28. l. usura 34. de usuri. & fruct. l. de fructib. 17. de donat. int.
vir. & ux. l. numismatum 28. l. usumfructuarium venari 62. de usuf.
l. apud Julianum. 39. §. fructus. 1. de legat. 1. Exinde omnes usurae,
pensiones, mercedes, vecturae & similia, sub nomine Fructus
hic comprehenduntur l. in venditione §. §. 1. de bon. auth. jud. pos-
sid. l. quod quadragesima 88. §. 3. ad L. Falcid. l. unic. §. si autem. C.
de rei uxor. act. quamvis proprietate fructus non sint, cum non à
re; sed à jure fuerunt inductae, possunt tamen sub appella-
tione fructuum comprehendi, interpretatione juris civilis,
quae vicem fructuum habere dicuntur in d. l. usura 34. de usur.
& fruct. l. quod his verbis 83. de legat. 3.

XVI.

Constituitur ulterius usufructus pro parte divisa, pro
parte indivisa l. 1. §. si usufructus. ad L. Falcid. l. & si forte. 6. §. si
edes plurium. si servit. vind. l. usus pars 19. de usu & habit. non qui-
dem quae jus est, ita enim dividi non potest, uti colligitur ex l.
si cum duorum 32. de stipulat. serv. sed respectu rei subjectae Am-
plis. Dn. Pras. Decad. 5. quaest. 1. pure vel sub conditione l. 9. §. 4.
ad exhibend. l. 16. quib. mod. usuf. amitt. l. 4. de usuf. in parte bo-
norum l. 43. de usuf. vel in omnibus bonis l. 29. de usuf. qui
verò usufructus, omnium bonorum scilicet, tum demum va-
lidus est, nisi doctantis aestimationem excedat Treutl. d. th. 3.
lit. H. ibiq. Bachov. Cujac. ad Novell. 18. Castill. cap. 38. n. 8. per auth.
novissima. C. de inoffic. testam. & in eo, bona tantum tempore
testamenti existentia comprehenduntur l. si ita scripisset 46. l.
ult. §. 1. de legat. 2. l. si ita legatum 7. l. ult. in fin. de aur. & argent. le-
gat. l. Juliano 68. §. ult. l. uxorem 41. §. 4. l. his verbis 102. de legat. 3.
non verò ea, quae post testamentum acquisita Castill. cap. 44.

XVII.

Usufructuarius autem omnium bonorum non teneretur
ad solvendum æs alienum Treutl. d. th. 3. ne minuatur u-
susfructus detracta solutione, neque poterit à creditoribus
conveniri, cum nullus est hæres usufructuarius Bachov. ad
Treutler. d. loc. sed hæres institutus conveniendus est, & ad
solvendum æs alienum tenetur, qui postea ex rebus ipsis hæ-

reditariis satisfacit creditoribus, ac deinde cum tradit usu-
fructuario bona, etiam invitò eò tot de bonis testatoris detra-
here potest, quot satis erit pro æris alieni satisfactione l. 69. ad
L. Falsid. l. fin. de usufr. legat. posteaque residuum illud, quod
ære alienò deducto superest, usufructuario utendum fruen-
dumque hæres tradere tenetur, ut utrique par sit incommo-
dum *Castill. cap. 59. n. 19. & sic secundariò ac consequenter et-
iam minuitur ususfructus.*

XVIII.

Cum suprà th. 15. mentionem fecerimus rerum mobi-
lium & immobilium, haud immeritò duximus aliquid disse-
rere de annuis redditibus, nùm nimirum ad bona mobilia, nùm
verò ad immobilia sint referendi? & ut *Berlichii* sententiam
lib. 3. concl. pract. 34. num. 5. arripiamus, neque inter mobilia,
neque immobilia referimus, sed tertiam speciem, nimirum
nomina debitorum constituere asserimus *per text. l. 7. §. in
peculio 4. de pecul.* si tamen ad alterutram horum bonorum spe-
ciem eos referre necesse est. *ex Constit. Elect. 3. const. 24. conclu-
dimus, quod rebus immobilibus annumerentur, cum ut plu-
rimùm ex bonis immobilibus debeantur Möller. ad d. Constit.
Elect. 3. constit. 24. Berlich. d. loc. num. 6.* Quod si verò in mobi-
libus rebus, puta pecunià sint constituti, sive ex obligatione
personali debeant, modò perpetui sint, vel ad longum tem-
pus debeantur, etiam pro mobilibus habentur *per text. Clem.
exivi. vers. cumq; annui de V. S. l. jubemus 14. & auth. de non a-
lien. reb. Ecclesiast. C. de S. S. Eccles. Castill. cap. 41. num. 7. Berlich.
d. loc. num. 14. Donell. Enucl. 23. com. 9. lit. g.* Si verò ad breve
vel modicum tempus, puta ad novem, octo, vel pauciores
annos debeantur, tunc inter mobilia computantur *Berlich.
d. loc. num. 39.* Afferunt nonnulli & hanc distinctionem si an-
nui redditus jam exsolvendi sint, & eorum dies antecesserit, eos
etiam tùm pro mobilibus haberi, quia redditus tales fructibus
à solo separatis æquiparantur, ideoque meritò sicut hi fructus,
ita etiam redditus illi inter mobilia referuntur, quò etiam re-
spexerunt *Möller ad d. Constit. num. 3. Gail. 20. observ. 10. num. 3.*

XIX.

B

Circa



Circa usumfructum ultimâ voluntate constitutum hæc notandum occurrit; Quod si duob⁹ aut pluribus fuerit constitutus, alter verò collegatarius deficeret *l. 1. §. 12. l. 3. §. 1. l. 4. l. 6. §. 1. de usufr. accresc. pars deficientis reliquis conjunctis accrescit & attribuitur Ampliſſ. Dn. D. Suev. lib. 3. de jur. accresc. c. 3. Gædd. ad l. 142. de V. S. Ut verò jus accrescendi inter illos locum habeat, requiritur, ut conjunctim, jus enim illud semper conjunctionem præsupponit *Hunn. tr. de usufr. part. 1. sect. 1. c. 7. quest. 1. à testatore arg. l. penult. junct. l. ult. de usufr. accresc. eadem res eodem genere successionis l. si sub conditione 16. quib. mod. usufr. amitt. sit relicta Duaren. lib. 1. de jur. accresc. c. 5. Nam qui ex diverso successionis genere vel diverso jure succedunt, illis nullum est jus accrescendi *d. l. 16. l. 6. de bon. possid. cum nulla est conjunctio legis l. 1. princ. de usufr. accresc. §. si eadem. Inst. de legat.***

XX.

Conjunctio autem hæc fit triplici modo: 1. RE. 2. VERBIS. 3. RE & VERBIS simul *l. triplici 142. de V. S. ibiq. Gædd. l. re conjuncti 89. de legat. 3. Prioris duas simplices nominant conjunctiones Vult. ad §. ult. Inst. de donat. n. 5. Bachov. ad Treutl. 2. Disp. 13. th. 3. lit. C. Posteriorem mixtam.*

XXI.

Re conjuncti dicuntur, quibus separatim eadem res relinquitur, ut: Titio usumfructum fundi lego: Sempronio ejusdem fundi usumfructum do lego *d. l. re conjuncti 89. de legat. 3. l. 1. §. interdum 3. de usufr. accresc. l. unic. §. ubi 11. vers. fin. verò C. de raduc. tollend. l. 30. ff. de condic. & demonstr. Cujac. 24. obs. 34. Gædd. ad d. l. 142. de V. S. num. 3. & 8.*

XXII.

Separatim vel disjunctim uti loquitur in *d. l. 1. §. interdum de usufr. accresc. l. si pluribus 33. §. 1. & seq. de legat. 2. d. l. unic. §. 11. C. de caduc. toll. §. si eadem. Inst. de legat. hic nihil est aliud, quam orationis disjunctio, apertissimè enim ab ipso testatoris sermone sunt disjuncti & discreti *d. l. unic. C. quoad rem ipsam verò maximè sunt conjuncti d. l. 142. de V. S. d. l. 89. de legat. 3. Donnell. Enacl. 7. com. 13. Duaren. d. lib. 1. cap. 6.**

XXIII.

Cum hisce conjunctis unicuique in solidum ususfructus debeatur *l. si separatim 30. de condict. & demonstr. l. 1. § interdum. 3. per tot. de usufr. accresc. l. heredes 63. de hered. instit. l. Mevio. 41. princ. de legat. 2. & concursu demum partes fiunt, quamobrem, si ex duobus vel pluribus, qui sunt in una re conjuncti, unus atque alter portionem suam habere nolit, vel non possit, alter partem deficientis acquirit, & ita in solidum ei manet, non quidem jure accrescendi, cum ab initio solidum habeat, itaque ei nihil accrescere possit *Dn. D. Suev. d. lib. 1. cap. 5. Cujac. 24. obs. 34. Govean. tr. de jur. accresc. Gædd. ad l. triplici 142. de V. S. sed novâ specie introducti, nempe jure non decrescendi Duar. d. lib. 1. cap. 11. Quod si autem post quæsitum & acceptatum legatum unius portio deficiat, omnino tunc locus est juri accrescendi Castill. cap. 48. num. 14.**

XXIV.

Verbis conjuncti sunt, quibus eadem res pro æquis portionibus (sed tamen indivisis) orationis identitate relinquuntur. E. g. Titius & Sempronius hæredes sunt ex æquis partibus *l. hujusmodi 84. §. quibus de legat. 1. l. re conjuncti 89. de legat. 3. Gædd. ad d. l. triplici de V. S. n. 8. Duar. d. lib. 1. C. 8. Comez. 1. var. resol. 10. num. 25. Govean. d. tract. n. 27.*

XXV.

Ideo verbis conjuncti dicuntur, quia unâ eademque clausulâ & oratione sunt vocati, & ita magis verbis, quàm re conjuncti *Ampliss. Dn. Pres. in sua Disp. de jur. accresc. c. 11. n. 2. Gomez. 1. var. resol. 20. n. 25. licet aliquomodo etiam re conjunguntur, & proinde illa verba, æquales partes sunt relictae, non simpliciter sunt intelligenda, ac si verè corpore sint divisæ, sed saltem intellectu Castill. c. 48. num. 16. Wesenb. in 7. de jur. accresc. num. 4. quæ diversitas partium non efficit res diversas *Donell. Enucl. 7. com. 13. lit. H. cum sint partes indivisæ; quod si realiter divisæ, nulla esset conjunctio, Gædd. d. loc. n. 8. quippe semper in eadem re conjungi debentur l. conjunctim 80. de leg. 3.**

XXVI.

Re & verbis conjuncti dicuntur, qui eadem oratione

B 2

simul

simul ad eandem rem vocantur d. l. 142. de V. S. ibiq; Gædd. n. 8.
§. sic eadem Inst. de leg. E. g. Titio & Sejo fundum Tusculanum.
do lego. Re ideò sunt conjuncti, quia fundus utriq; legatur:
verbis propterea, quia conjunctim fundus eis relinquitur Dn.
D. Sney. d. lib. 2. de jur. accresc. cap. 3.

XXVII.

Quia verò ususfructus hæc est natura, ut personæ adhæ-
reat, atq; deficiente personâ & ipse deficiat ac ad proprietari-
um revertat §. finitur, Inst. de usufr. ideoq; in conjunctione
verbali jus accrescendi hoc in casu non admittitur, uti aperte
probat l. 1. princ. de usufr. accresc. l. penult. cod. Diversæ enim re-
linquantur partes, & una quæq; pars adhæret personæ cui est
adscripta à testatore; deficiente ergo eâ personâ, finitur usuf-
ructus, & ad proprietatem revertitur Hunn. tr. act. de usufr. part.
1. cap. 7. sect. 1. quæst. 1. Si verò reliquis duobus modis usuf-
ructus legatus sit, omnino jus accrescendi in iis locum habet d.
l. 1. §. 3. l. 3. de usufr. accresc.

XXVIII.

Ad constituendum & consequendum usumfructum con-
tra hæredem, aut eum qui promisit, datur actio personalis
ex testamento, vel stipulatu l. 16. C. de Usufr. quâ petit actor,
jus quod non habet, tanquàm debitum sibi promissum consti-
tuit & usumfructum tradi. Castill. cap. 6. num. 6. Acquisitio au-
tem usufrectu contra impediens datur actio realis, quæ
confessoria nominatur, eò quod confitetur & proficitur usu-
fructuarius, usumfructum sibi competere, quem alius ipsi de-
negat l. uti 5. §. 1. & fin. si usufr. pet. l. ei qui 16. de servit. l. cre-
ditori 9. de oper. nov. nunciat. quâ petit, ut iudex declaret, jus
sibi esse utendi fruendi, & impediens condemnet, ut ca-
veat de impofterum non impediendo l. unic. C. uti possid. l. ha-
rum 7. l. egi. 12. ff. si servit. vind. & restituat perceptos fructus,
cum omni interesse, quàm diu servitute non liberè ususfuit.
arg. l. 15. §. fin. de usufr. l. pen. §. fin. si usufr. pet. l. 1. in fin. de oper.
nov. nunc. quæ actio non tantùm datur adversus Dominum,
qui servitute vel usumfructum debet; sed omnes omninò
qui impediunt usumfructum, quòcunq; modò id fiat l. si quis
dini

diurno 10. §. agi. si servit. vind. l. uti frui §. utrum. 1. si usufruct.
pet.

707.

XXIX.

Ad conservandam autem rerum suarum libertatem datur actio negatoria, quâ negat Dominus adversario usumfructum debere d. l. 5. si usufr. pet. Castill. cap. 7. num. 8. Donell. Enucl. 10. com. 15. Treutl. 1. Disp. 16. th. 7. Wesenb. in 7. si usufr. pet. n. 6. In quâ actione actor non adstringitur probare, usumfructum sive servitatem non debere; quanquam in aliis omnibus regulariter actionibus onus probandi incumbit actori, & non reo, l. actor. 23. C. de probat. l. qui accusare 4. C. de edend. l. is qui desinavit 24. ff. de rei vind. sed saltem tenetur jus aut dominium, quod habet, ostendere. Reus verò debet probare, constitutam fuisse servitatem, vel legitimò modò quæsitam. Castill. cap. 7. num. 9.

XXX.

Antequam usumfructum constitutum consequatur usufructuarius, cautionem fidejussoriam præstare tenetur l. 4. C. l. 13. ff. de usufr. l. 3. C. de V. S. argum. l. 1. §. 2. ff. qui satid. cog. l. 8. de usufr. ear. rer. que. se boni viri arbitratu usurum, & usufructu finitò restitutum l. 1. usufr. quem. cav. Donell. Enucl. 10. com. 14. Castill. cap. 18. num. 6. Treutl. d. Disp. 16. th. 5. ibiq; Bachov. Si tamen fidejussoribus ob inopiam cavere nequeat, æquitas suadet, ut ex quâdam commiseratione propter inopiam nudâ cautione juratoriâ contenti simus Donell. Enucl. d. loc. Castill. c. 18. Hunn. d. tract. part. 1. cap. 4. sect. 1. quest. 4. Sed ita, ut propriarius sit in possessione tanquam custos vel curator bonorum l. 5. §. 2. de Carbon. edict. l. hæc edictali 6. §. hi illud vers. circa med. vel certè si fidejussiones. C. de secund. nupt. vel curator aliquis rei fructuariæ constituatur l. 5. §. 1. ut legat. nom. cav. quò propriarius prospiciatur, & is de suo usufructu securior reddatur. Hunn. d. loc. Quò verò melius cognosci posset, an finitò eò arbitrio boni viri usus fuerit, & plenam rerum, quæ ad manus suas pervenerunt, restitutionem faceret usufructuarius, inventarium illarum rerum conficere tenetur, per l. si cuius. 1. §. 4. usufr. quem. cav.

B 3

XXXI.

XXXI.

At in quasi usufructu omnino cautio debet præstari *Trentl. th. 5. lit. e. Donell. Enucl. d. loc. lit. e. Castill. cap. 9. n. 22. per l. sed de pecunia 2. de usufr. ear. rer. §. constituitur. Inst. de usufr. cum proprietates & natura rerum consumptibilium in totum ad usum fructuarium transeat, nihilq; ita proprietario relinquatur, quò sibi prospiciatur; idcirco loco proprietatis hæc cautio succedat, nimirum aliã de re ejusdem generis, qualitatis & quantitatis restituenda l. 6. de usufr. ear. rer. que. ut sic perinde habeatur, ac si solus usufructus ad usum fructuarium translatus fuisset, proprietates verò penes constituentem mansisset *Hunn. d. tr. part. 1. sect. 2. quest. 3.* Ubi si res æstimatæ non sunt, cautio interponenda est de tantundem in genere restituendo, se scilicet alias res ejusdem qualitatis & generis restitutum d. §. constituitur *Inst.* Si verò res æstimantur, cautio interponenda est, de tantæ pecuniæ restitutione, quantum res tempore usufructus constituendi æstimatur l. si vini 7. de usufr. ear. rer. que. d. §. constituitur. *Castill. cap. 17. n. 16.**

XXXII.

Cum verò hoc sit beneficium personale, quod in favorem hæredis est introductum, ideoq; à testatore id nequaquam potest remitti *arg. c. 12. vers. manifeste X de for. competent. & nemo in suo testamento potest cavere, ne locum in eo leges habeant l. 55. de legat. 1. l. 7. C. de usufr. l. si pecunia 6. ff. ut in possess. legat. etiam si hoc fecerit, tamen hæredes ab usufructuario adhuc cautionem usufructuariam petere possunt *Castill. c. 15. n. 6.* Secus si consenserint, vel ipsi cautionem ei remisissent *arg. l. 51. C. de Episc. & Cler. l. 29. ff. de pact. ad securitatem enim & favorem illorum est introducta, ut videlicet ipsis cautum sit, de restitutione rei ejusdem qualitatis & bonitatis §. 2. *Inst. de usufr. Fachin. 13. controvers. 43.* Quia verò mitius cum eo est agendum, qui ex suã liberalitate convenitur *arg. l. 62. de adilit. edict. l. 7. ut legat. nom. cav. ideoq; donator omnium (ut & partis) bonorum reservatò usufructu, cautionem præstare non tenetur *Trentler. th. 6. lit. a. ibiq; Bachov. neq; pater in bonis filiorum l. 8. §. sin autem. C. de bon. qua lib. ob reverentiam paternam & affectum,****

ex

ex quo semper optimum pro liberis consilium promanare putat *Castill. cap. 3. num. 86. neq; fiscus. l. 1. ut legat. nom. cav.*

XXXIII.

Haecenus de commodis, sequuntur jam & onera fructuarii quæ sunt vectigalia, tributa, pensiones &c. *l. usufructu legato 7. §. 2. l. si pendentes 27. §. 3. l. usufructu relicto 52. de usufr. l. quero si 28. de usufr. legat. arg. c. qui sentit. de R. J. in 6. sive præterita ea sint, sive post usumfructum constitutum demum imposita, l. Imperatores 7. de publ. & vectigal. d. l. quero si 28. de usufr. leg.* Onera enim realia vel mixta semper cum re legata transeunt ad personas rem ipsam possidentes, & res cum suo onere regulariter censetur relicta *Castill. c. 57. n. 15. nisi onus tanti sit valoris, ut usumfructum ipsum absorbeat. Castill. d. c. n. 19.* Quod si testator ea nominatim hæredi injunxerit, adhuc quidem usufructuarius à fisco conveniri potest, pacta enim privatorum non præjudicant fisco *l. 42. de pact. junct. l. 7. de publicat. si quid autem eorum præstitit, id ab hæredibus repetere potest, arg. l. 52. §. pen. de pact. cum inter ipsos convenientes utiq; pactu sit utile Donell. Enucl. 10. com. 13. Treutl. th. 13. lit. D. ibiq; Bachov.*

XXXIV.

Deinde tenetur usufructuarius curam servandis rebus adhibere, quantum diligens paterfamilias *l. 1. & 2. usufr. quem. cav. l. sed cum. 65. de usufr. quo pertinet 1. relectio ædium l. 7. C. l. 64. & seqq. ff. de usufr. modica tamen, quæ scilicet fructuum gratiâ facta est, ut nimirum ædes fartas tectas habeant &c. uti nonnulli volunt) quæ impensæ nunquam à proprietario repeti possunt l. 3. §. nos generaliter. de impens. in reb. dot. fact. l. fructus 7. §. 16. solut. matrim. si verò magnos sumptus, ne videlicet ipsa res intereat, imposuerit poterit illos à proprietario vel hærede ejus recuperare Donell. Enucl. 10. com. 13. lit. C. Castill. c. 56. n. 3. & 5. Nos verò, sicut in omnibus illis accidit, quæ in nostro jure non definita reperiuntur, arbitrio judicis sunt relinquenda *l. 1. §. 2. de jur. deliber. ita & sic impensæ, quænam nimirum modicæ sive magnæ dicendæ, desiderationi judicis considerandas tribuimus. 2. Arborum demortuarum substitutio l. 18. de usufr. Servari enim sive tueri est rem integrâ præstare**

stare, qualis recepta *Donell. Enucl. d. loc.* arbores autem quamdiu radicibus hærent, pars fundi dicuntur *l. 44. de rei vind.* Secus si tempestate eversæ, tunc substitui non oportent *l. 59. de usufr.*
3. Fundum colore, ne deserta aut in tempestiva cultura fundum reddat deteriore *l. 9. princ. de usufr.*

XXXV.

Gregem quoq; usufructuarius supplere tenetur, ac in locum demortuorum capitum nova submittere *l. 68. §. ult. & ll. seqq. de usufr. §. sed si greges 38. Inst. de rer. divis.* Rem enim tueri debet uti accepit *l. 44. de usufr.* grex autem substitutis aliis capitibus, idem manet *l. 22. de legat. 1. & capita ea substituta in continenti efficiuntur proprietarii & desinunt esse fructuarii *Castill. cap. 27. num. 11.* Non tamen opus est, hæc aliundè peti, si de illo grege non aliqua agnascantur *d. l. 68. §. 1. de usufr. l. 10. §. sed factus. 3. de jur. dot.* sed debeat defectum supplere ex re ipsa fructuaria *Treutl. d. Disp. th. 13. Humm. d. tract. part. 1. sect. 1. cap. 6. quest. 13.* ne usufructus ipsi sit damnosus *l. 7. §. ult. solut. matr.* Quod si verò capita vi externâ, incendiò, ruinâ stabuli, impetu prædonum inutilia facta fuerint, nihil supplendum erit. Vocabulum autem *GREGIS* sumitur hîc nomine colectivo, quando scilicet ipsi universitatis cuiusdam usufructus relictus est; non distributivè, si singulorum capitum usufructus sit constitutus, licet numero plurali *l. 78. §. 3. de usufr.* quoniam in usufructu singulorum capitum relicto tot sunt usufructus, quot capita *Donell. Enucl. 10. com. 13. lit. f.* idcirco mortis unius capituli ille usufructus perit, nec tenetur usufructuarius in locum preempti aliud substituere *Castill. d. c. n. 4. Humm. d. loc.**

XXXVI.

Ne autem proprietas abscedente usufructu proprietario semper esset inutilis *l. 3. de usufr. §. usufr. Inst. eod.* ideoq; certi modi nobis sunt præscripti, quibus usufructus extinguitur, atq; finitur. Estq; primus modus mors naturalis usufructuarii *l. 5. de usufr. legat. l. 16. princ. C. §. finitur Inst. de usufr.* usufructus enim est servitus personalis *l. 32. de usufr. l. 1. de servit.*

servit. ideoq; cum persona extinguitur l. 3. §. ult. quib. mod. usufr. amitt. l. 15. famil. hercisf. nisi partes expressè agant, ut talis usufructus ad hæredes transeat Gomez. var. resol. 15. n. 20. Donell. Enucl. 10. com. 17. lit. D. Treutl. th. 14. lit. a. cum quilibet favori pro se introducto potest renunciare l. pen. C. de pact. quò casu autem non ad omnes hæredes transire potest l. non solum 8. §. tale de liber. legat. l. usus aque 21. de usu & habit. l. pecoris 4. de servit. præd. rust. sed tantum ad primum & non ulterius l. antiquitas. C. de usufr. Exceptò usufructu in bonis filii adventitiis patri quæsitò, & in bonis domino per servum acquisitò l. ult. C. de usufr. ubi morte parentis non extinguitur, sed remanet apud filium, & viceversa, morte filii apud parentem. Quod si civitati vel municipibus relictus sit usufructus, non durabit perpetuò, sed tantum per centum annos l. 56. de usufr. d. l. 8. de usufr. legat. Gomez. 2. var. resol. 15. num. 26. Castill. cap. 61. n. 19. quod longissimum vitæ hominum est tempus l. 23. §. 1. C. de S. S. Eccles. Donell. Enucl. 10. com. 17. lit. D.

XXXVII.

Deinde extinguitur morte civili, nimirum maximâ & mediâ capitis diminutione l. 1. §. 3. quib. mod. usufr. amitt. §. 3. Inst. l. 16. §. ult. C. de usufr. olim quidem & minimâ capitis diminutione amittebatur l. 1. princ. & §. 1. l. 3. l. 14. quib. mod. usufr. amitt. l. 29. de usufr. legat. sublatâ verò solempni emancipatione, venditione scilic. quâ olim emancipatio solebat celebrari §. præterea emancipatione. Inst. quib. mod. jus patr. potest. soly. minima capitis diminutio etiam oblitterata est Wesenbec. in π. quib. mod. usufr. amitt. Treutl. th. 14. lit. b. per l. penult. C. de usufr. auth. sed hodiè. C. de donat. inter vir. & ux. Quò modò usufructu finitò, fructus ultimi anni non pertinent ad usumfructuarium aut ejus hæredem, nisi percepti à fructuario l. 12. §. 15. de usufr. l. 13. quib. mod. usufr. amitt. Si verò adhuc solo coherent ad dominum proprietatis pertinent l. 8. in fin. de ann. legat. §. 37. Inst. de R. D. nullum enim jus hæredes prætere tendere possunt, quò fructus adhuc pendentes suos faciant, quia jus illud personale, quò petitur usufructus, cum usufructuario simul fuit extinctum Castill. 77. n. 3. Quod tamen de jure Saxonico in industria-

trialibus locum non obtinet; sed quicquid usufructuarius
censevit, quamvis id nec dum maturum, neq; perceptum, ad
suum hæredem transmittit. *Moller. ad Constitut. Elect. 3. const. 32.*
Huic modo amittendi similis est proscriptio, seu quando
quis ob delictum per sententiam in bannum imperiale decla-
ratur, puta cui annexa est simul bonorum publicatio. *Gail. 2.*
observ. 36. num. 9. & 10. Castill. cap. 64. num. 28. Trentl. d. th. 14. ibiq;
Bachov. lit. D.

XXXVIII.

Porrò amittitur rei mutatione, vel illius interitu,
l. corruptionem. 16. §. 1. & 2. C. l. 2. 36. §. ult. ff. de usufr. l. 5. §. pe-
nuult. l. 10. §. 2. l. 12. 23. 30. quibus mod. usufr. amitt. §. 2. Inst. de
usufr. totius scilicet Donell. Enucl. 10. com. 18. Castill. cap. 72.
num. 2. nam in parte remanente totus usufructus retinetur.
l. si cui insule 53. de usufr. l. 14. quibus mod. usufr. amitt. puta usum-
fructum totius partis scilicet nondum diruta d. l. excipiat 14.
quib. mod. usufr. amitt. Ut autem mutatione sive interitu u-
usufructus extinguatur, necesse est, ut substantia, forma,
& species interior, quâ subsistebat, nomenque ipsum rei fru-
ctuariæ l. 5. §. penult. cum seq. quib. mod. usufr. amitt. non verò
dominium l. 19. quib. mod. usufr. amitt. mutetur: quò modò si
usufructus semel fuerit extinctus, nunquam reviviscit, et-
iam si ex integro res fructuarias hæres aut proprietarius refe-
cerit l. quid tamen 10. §. 1. quib. mod. usufr. amitt. semel enim
extincto usufructu, jus ejus in perpetuum perit l. usufructua-
rius novum 61. de usufr. Quod si res veteri formæ restitatur,
ita, ut restituta non sit nova, sed eadem quæ vetus, ut: ager
inundatus, si inundatio decesserit l. 23. quib. mod. usufr. amitt. re-
cipit usumfructum l. 36. princ. l. si in area 71. de usufr. d. l. si ager
23. item si ab hostibus ager occupatus fuerit, jure postlimii re-
stituta proprietate usufructus restituitur l. 26. argum. l. 23. quib.
mod. usufr. amitt. Nisi forma rei planè sit immutata Wesenbec.
in 7. quib. mod. usufr. amitt. num. 4.

XXXIX.

Dissolvitur quoque cessione, vel proprietario fa-

et i §. 3. *Inst. de usufr.* quia res sua Domino amplius servire
 nequit *Wesembec in τ quib. mod. usufr. amitt. num. 5. Donell. E-*
nucl. 10. com. 19. vel extraneo l. si usufructus 66. vers. extraneo de
jur. dot. puta si jus suum personale, quod usufructuarius ha-
 bet. *l. 1. de servit. l. 3. §. fin. quib. mod. usufr. amitt.* planè à se.
 velit abdicare, ita, ut nolit in se amplius consistere *Ampliss.*
Dn. Praef. Decad. 5. quest. 2. Treutl. th. 10. lit. a. ibiq. Bachov. quod
 per cessionem citra Domini consensum regulariter fieri non
 potest, & propterea ut pœna quasi quædam fuerit imposita,
 hæc usufructus amissio, si cedere quis voluerit extraneo *Ca-*
still. cap. 69. num. 19. & 22. Donell. Enucl. 10. com. 19. lit. b. Facul-
 tatem tamen sive commoditatem fructuum percipiendorum
Donell. Enucl. 10. com. 18. lit. G. imò ipsum jus, scilicet reale,
 quod in utendo fruendoque consistit, usufructuarius aliena-
 re vel cedere potest §. *finitur. Inst. l. 12. §. 2. de usufr. l. necessa-*
rio §. 2. de peric. & commod. rei vend. l. 13. in med. C. de usufr. l.
57. vers. potest. autem ff. solut. matrim. ita ut retineat jus persona-
 le, quod nunquam per cessionem, aut alienationem in alium
 transire potest, sed cum alienantis ossibus, uti loquitur *Am-*
pliss. Dn. Praef. d. loc. cohæreat arg. l. 3. in fin. quib. mod. usufr. a-
mitt. d. §. finitur. Inst. de usufr. Quo casu morte ipsius usufru-
 ctuarii cedentis vel alienantis, non verò ipsius recipientis u-
 usufructus expirat *Bachov. ad Treutl. th. 10. lit. a. & b.*

XL.

Quod si verò usufructuarius rei fructuariæ proprietatem
 acquisierit, quoque perit usufructus *l. 4. usufr. quem cav.*
l. 17. quib. mod. usufr. amitt. l. 6. de usufr. accresc. nemini enim
 res sua serviat *l. uti frui §. si usufr. per.* qui modus amittendi
 dicitur **consolidatio** ab Ulpiano *l. 3. §. 1. de usufr. accresc.*
solida proprietas, à qua usufructus non est deductus *l. 35.*
de bon. lib. l. 26. §. penult. de usufr. legat. confusio l. 4. usufruct.
quem cav. l. 27. quib. mod. usufr. amitt. **conjunctio cum pro-**
prietate *Donell. Enucl. 10. com. 19. lit. a.* Consequitur autem u-
 usufructuarius proprietatem vel volente domino, si donat aut
 vendit eam, vel invito, si proprietatem sub conditione alicui le-
 gata,

gata, ea eveniente, d. l. 17. quib. mod. usufr. amitt. Id quod etiam de usufructu est intelligendum, si videlicet ad diem vel conditionem fuerit constitutus, tunc existente die vel conditione ille finitur l. & puto 16. §. usufructus. famil. hercis. l. 2. §. ult. quand. dies usufr. legat. ced. l. 5. l. 12. C. de usufr. l. 15. ff. quib. mod. usufr. amitt.


XLI.

Ulterius amittitur, si eo quis alio modo sibi praestitutum corruptionem l. C. de usufr. l. sicut 13. l. ult. C. de serv. aut non per tantum temporis spacium utatur l. non utitur 38. de usufr. l. 15. qui usufructum 20. l. placet 25. quib. mod. usufr. amitt. d. l. 16. C. §. finitur Inst. de usufr. neque per se d. l. 16. C. neque per alium d. l. 38. videlicet per emptorem, donatorem, aut conductorem: l. 1. princ. & §. dies. quand. die. usufr. legat. ced. l. 38. 39. & 40. de usufr. Et tunc nihil interest, si emptor eo utitur fruitur, si non, nequaquam tamen usufructus extinguitur Donell. Enucl. 10. com. 19. lit. H. qui enim precio fruitur, non minus habere intelligitur, ac si re principali utatur fruatur l. 39. de usufr. Secus in donatione, ubi si donatarius non utatur fruatur, usufructus extinguitur, & ad proprietatem revertitur l. 40. de usufr. donator enim neq; re principali, neq; precio utitur fruitur. Olim quidem exemplo caeterarum usucapionum tempus erat biennium l. corruptionem 16. vers. non utendo. C. de usufr. hodie vero si usufructus sit rei mobilis, si immobilis, non enim subjectum, sed ipse usufructus, qui ubique pro immobili habetur Bachov. ad Treutl. th. 14. lit. h. considerandus l. penult. C. de servit. tempus est inter praesentes decennium, inter absentes vicennium d. l. penult. cum l. fin. C. de servit.

XLII.

Deniq; amittitur usufructus, si usufructuarius non utatur arbitratu boni viri, tunc enim potest a proprietario expelli l. hoc amplius 9. §. fin. de damn. infect. l. cognovimus 3. C. de mancip. & colon. l. eos 3. C. de aquaed. arg. auth. qui rem. C. de S. S. Eccles. etiam si cautio de utendo arbitrio boni viri ab usufructuario praestatur l. 15. ff. l. 4. C. de usufr. l. 3. C. de V. S. l. 1. ff. qui satisf.

satisd. cog. l. s. de usufr. ear. rer. que. adhuc tamen nondum est bene consultum proprietario, si male utentem non statim posset expellere, cum postea deteriorationis probatio difficilior redderetur Castill. c. 24. n. ii. Debet autem deterioratio fieri circa rei substantiam notabilis, non modica: Castill. c. 26. n. ii. Quomodo vero cognosci posset, quando usufructuarius male verusatus fuerit circa usumfructum, id arbitrio iudicis relinquimus.



Glutine quem propior^o sanguis mihi junxit amico,
 Hujus ego studiis optima queq; precor.
 Quodq; parens nato vorvet, hoc ex fratre
 nepoti
 Ut voveam, cogit jure paternus amor.
 Primitias laudo, decima, fac, pone sequantur,
 Sic poteris manes exbilarare Patris.

gratul. ergo

f.

JOHAN. GERHARD D.

Docte GERHARDE tui generis preclara
 propago,
 Hactenus ingenii non te vis deficit acris;

C 3

Nec

157
Nec modo desidia te ambit pruritus inertis,
Ut probat hæc iterum repetita palæstra The-
mistos.

Pergito: sic Virtutis præmia digna capeffes.

*In testimonium amici
affectus fac.*

*Hieronymus Prætorius
Prof., Phil., publ.*

UT genus & proavos præclaro à sanguine
ducis,

Ut legis baud segnis vestigia summa virorum:

*Duplice sic amplos quondam cum FRUCTIBUS
Usus,*

*Ingenii partim, generis quoq; nomine, partim
Accipies: grator! gratoq; hoc omine cludo.*

H O C C E

singularis & plusquam fraterni amo-
ris erga Dominum Respon-
dentem symbolum appone-
bat:

M. Johan-Conradus Schrag-
müller Grünstato-Pala-
tinus.

Simalint, spargant alii Veneri atq; Lyceo
Soles & Hesperos inæstimabiles,

Si

712.
Si malint, quærant ex fœnore turpe lucellum
turpilucricupidi gryphes & Harpyiæ.
Ti melior GER HARDE, sedet sententia cordi
Ususq; FRUCTUS ipse quæris optimos,
Hos etiam capies tandem, nam tempore ab
isthoc
purpuream mitram præparat alma
Themis.

*fautori & commensa-
li suo*

ex animò

gratulatur

M. Johan. Zell Naumburg.



Si quis in rebus ecclesie
aliquid iniquiter
comiserit, et non
restituerit, non
erit ei in die illius
beneficentia eius.

Supplicium

Thoma

Sancti

Thoma

et

Thoma

in die illius



Thoma







ULB Halle
005 132 649


3



1077







B.I.G.

Farbkarte #13

JURIDICÆ

UCTU

I. F. A.

1633

ermiffu

i Jctorum Ordinis

ACADEMIA Salana

SIDIO

mi & Excellentissimi

TINI RIE-

ORIS HUIUS ACADE-

Scabinatus ibidem Adfforis

omotoris fui omni obser-

honorandi,

ORUM proponit & pro

agnabit

REAS GERHARD

SIS.

Maij.



Æ

STEINMANNI,

DC XXXIII.

38-707

22

13/

Inches

Centimetres